









1724.

1. Decker, Tomp. Butcher: De febre catarrhali benigna.
2. Fischerus, Johanna Anders: De scrutinio portis synapticis.
3. Fleischeri, Jo. Friderici: De mirorum vestitio  
in integrum his consortibus majoribus pro  
ficiens.
4. Homold, Hugo Franciscus, Facult. iur. Nicæ Decanus:  
lector benevolo s. p. d. (ad orationem inaug.  
Domini Capri Schomanni invitat).
5. Homold, Hugo Franciscus, Facult. iur. Nicæ Decanus  
lector benevolo s. p. d. (ad orationem inaug. Domini  
Friderici Fleischeri invitat)
6. Homold, Hugo Franciscus, Facult. iur. Nicæ ... Decanus  
s. b. s. p. d. (ad orationem D. Thoh. Schomanni invitat)

7. Hunnold, Hugo Fridericus, Facult. iuris Doctor Decanus  
1. b. o. p. s. f. ad Disputationem in ang. Saharini M'k'hash  
Tentoskeri iunctat)
8. Hunnold, Hugo Fridericus, Facult. iuris ... Decanus  
lectori generali s. p. d. f. ad Disputationem in ang.  
Gallerici Tiffelii iunctat).
9. Melsobmann, F. C. Christoph: De legum summa  
uniarum natura et recentata.
10. Pre, Dr. Fridericus: Theses in ang. medicæ, quas  
ex Hippocratis aphorismis XVII. Sect. IV. Debatione  
reconvalescentiam deductas. ... publicæ erudi-  
torum discussioni submittit?
11. Pre, Dr. Fridericus: Theses in ang. medicæ, quas ex  
Hippocratis aphorismis V. Sect. ~~IV~~ IV. de cante dantō  
per organitas dictis canicularibus redactas. ... publicæ

erundorum processione intromittit?

12. Reinkhardt, Th. Lec. De clericis, per absum  
officio portosalis, leges imperii otium tranquillissi-  
larem publicam violante, ejusque exortatione.

2 sensu

13 Schumann, Tom. Corpus: De successione conjugum  
secundum statuta sine de omniungum portione sta-  
tutaria generaliter considerata

14. Stroeder, Tom. W. et al.: De juramento litterarum  
et in primis quod pro pupilli mater ejus  
ad jurandum in litteris etiam admittenda est.

15. Stroeder, Tommas W. et al.: De juramento minorum  
bonis

16. Stroeder, Tom. W. et al.: De iure simultaneae  
investiturae in Sacrae Script. acquisitio et  
conservatio

1724.

17. Skret, Dr. Philippus Fac. iuri decanus 1. b. s.

(ad dissertationem inay. Caspari Gottlobi Grabis invitata)

18. Tengelt, Ernestus: De eo, quod iustum est circa promissio nobilitum.

19. Tengelt, Ernestus, Decanus ordinis Leborum: innotat  
ad Dissertationem inay. Dr. Johannis Henrici  
Albinii iuristat.

20. Tengelt, Ernestus: De poenis defunctorum volunt  
Tunc non adimplentium

21. Tengelt, Ernestus, Facult. iuri decanus: program-  
mate ... inaugurali lectorum benevol. certiorum  
facit selectione cursoria et dies inay. ... a Dr.  
Samuel Christianus Hacken istentibus.

22. Tengell, Emelius: De arbitrio circa processus.

Dissertatio

23. Tengell, Emelius: De arbitrio circa processus.

24. Tengell, Emelius: Dissertatione inaug., qua observa-  
tiones forenses circa remedium querendam responsu[m]  
frustra arbitria.

25. Tengell, Emelius: De effectu iniustitiarum  
capitalium in iure.

26. Tengell, Emelius, Facult. iuris Sacrae Decanus. P. C. S. p. d.  
cumque . . . programmate inaug. certiorum fact  
de die hora et loco . . . Dissertationis inaugurali . . .  
R. Ivan. tristans Rose . . . praefixa.

27. Tengell, Emelius: De eo, quod iustitiae est in colla-  
tione circa summas studiorum.

28. Tengell, Emelius, Colligii iuris Sacri . . . Decanus: et lech.  
ans. et dis. inaug. . . a Dr. Georgio Henrico Rosenbach  
habentes invitati.

29. Tengell, Ernesto, Collegii iuris . . . Decanus .  
. . . instas et audiendam let. solennem est deputat.  
mag. . . Dr. Iwanis Capitulum Niles.
30. <sup>et</sup> Tengell, Ernesto Formanek: De tortura Testium.
31. Teutschler, Joh. Michael: De infestatione
32. Trutler, Iwanus Phleppa: De possessibus, in iudicio  
possessoris sacerdotibus





Pri. 34. • Tract. 32.

6  
1724/14  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA,  
DE

15

JVRAMENTO IN LITEM,  
ET INPRIMIS  
QVOD PRO PVPILLO MATER  
EJVS AD JVRANDVM IN LITEM  
ETIAM ADMITTENDA SIT,

contra Leg. 4. ff. de in Litem jurand.

QVAM,

IN ALMA ET PERANTIQUA HIERANA  
RECTORE UNIVERSITATIS AC PRO-CANCELLARIO,  
VIRO MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO, PRÆNOBILI, AMPLIS-  
SIMO ATQUE CONSULTISSIMO,

DOMINO



CHRISTOPHORO IGNATIO  
DE GVDENVS, J. V. D.

INSIGNIS ECCLES. COLLEG. S. SEV. CAN. CAP. ET SCHOLAST. EMINENT. AC  
CELSISS. PRINC. ELECTORIS MOGVNT. CONSIL. ECCLESIAST. EJVSDEM-

QVE PER THVRING. IN SPIRIT. SIGILLIFERO;

EX CONSENSV ILLVSTRIS JCYTORVM ORDINIS  
SVB PRÆSIDIO

DN. CONR. WILH. Streders/ J. V. D.  
IUDICII ELECTORIS PROVINCIALIS ASSESSORI, PROFESSORIS PVBLICI,  
ET SENATORIS ERFURTENSIS,

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQUE JVRE HONORES AC PRIVILEGIA  
DOCTORALIA RITE CAPESSENDI,  
DIE XIII. NOVEMBRIS, A. M DCC XXIV.

PVBLICE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT ET DEFENDIT

CHRISTIAN. FRIEDERICVS NEBERSHAVSEN,  
Plavie-Variscus,

IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS. HOR. CONSVENT.

ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

13.

1196.

DISSESTITIO MAGISTER JAROLDI  
JARVIMENTO IN PLATEA  
GOD PRO PAPILIO MATER  
EVASADYR DUDAM IN HET  
TRADITIONE AMITTA  
CHRISTOPHORO IGNATIO  
DE CADENAS FAS  
IN CAVANA ALIARUM VAKAN DEDAM  
SARTRICIO  
DN CONS. MINT. SINGULAYR  
PRO RICARDINA  
CIPRIAN HIRSESCHER ET ALAVAPEN



## PRO E M I U M.



Ur hoc præ alias elegerim Thæma Disputationis, non habeo, L. B. ut multæ instituti mei rationes adducam. In vasto Juris nostri Campo multæ materiae reperiuntur, quæ aliquæ adhuc eaque majori enucleatione opus habere videntur. Et præsens quoque Thæma inter eas merito refendum esse, nullus planè dubito. Præbet insuper insignem suam utilitatem & frequentem usum in foro. Si quidem Zafius semper dicere consuevit: Aureis scribi literis, & in publico affigi debere, quicquid unquam de Re Pupillari scriptum extet. Merito itaque, posthabitatis absoletis alias rebus (quare bene multæ in Jure nostro extant, quas quidem neque scire Compendium, neque ignorare detrimentum est ullum, ut Carpz. in Disp. 1. Arbor. Consangu. pos. 2. §. 9. loquitur) in hujusmodi inquirimus materiam, præsertim, cum etiam à Potentissimo Rege Polonia & Electore Saxoniz, tanquam Clementissimo Patre Patriæ, in noviter jam declarata ordinatione Processus Saxon. Juramentum in Litem ex Jure Civili in locum

cum Juramenti Minorationis hactenus usitati specialiter receptum fuit. Quapropter in praesentiarum de hoc The-  
mate nostro, quantum per ingenii imbecillitatem & bre-  
ve temporis spatium licuerit, sumus asturi. D. T. O. M.  
clementissime inspiret felicem instituto meo successum,  
quo omnia in Tui Nominis Gloriam & Reipublica salu-  
tem vergant!

## §. II.

Antequam vero ad uberiorem Rei ipsius meditatio-  
nem progrediamur, de Derivatione ac Significatione Ver-  
borum in rubro contentorum quædam præmittenda esse  
duxi, exemplo Ulpiani in L. 1. pr. ff. de Reb. cred. ne à con-  
fuetudine istâ iam inveteratâ omnino recedam. Non ta-  
men ero prolixus circa hancce Præmissionem, probe gra-  
rus, in Jure nostro Rerum rationem majorem habendam  
esse, quam Verborum, L. 17. ff. de LL. & L. 3. §. 9. in fin. de  
adimend. vel transfer. legat,

## §. III.

Sicuti vox *Matris* nullâ plane Descriptione indiget, sed,  
quid ea propriè involvat, unicuique jam satis notum est;  
Ita Vocabulum *Pupilli* deducitur ab antiquo Vocabulo,  
*Pupo*, quod Puerum significat, & quæ nobis hodie Puel-  
la audit, olim *Pupam* dixerunt. Hinc Martianus inquit:

*Pupam* se dixit Gellia, cum sit Anus.

Sumitur nomen *Pupilli* vel in sensu latiori pro quovis impubere, qui pubertatem nondum nactus fuit, quamvis subiit adhuc patriæ potestati, L. 141. §. 1. & 2. ff. de Verb. oblig.  
vel sumitur in sensu strictiori pro eo tantum impubere,  
qui delit in Potestate Patris esse, & quidem Morte, pr. &  
§. 6. Jus. quib. mod. Jus patr. Et in sensu hoc strictiori no-  
bis in præsenti Disceptatione venit nomen *Pupilli*, & de-  
notat Personam sui Juris.

## §. IV.

Sequitur Vocabulum *Juramenti*, quod alias *jusjurandum*  
appellatur in C. de reb. cred. & jurejurando, & alibi,  
quasi *Jus Sacratum*. Sic Virgilius Lib. 2. Ennid. jusjuran-  
dum,

dum Sacratum Jus appellat. Quapropter etiam Juramentum porro dicitur Sacramentum, in L. 1. & 2. C. de Jurejur. propter column. dando L. fin. C. de fideicom. L. fin. C. de Fide Instrum. L. 2. ff. de his ; qui mor. infam. &c. miles. Dicitur quoque Juramentum Religio in L. 4. ff. de in Lit. jur. Ubi verba : nulla erit Religio significant : Nullum erit Juramentum. Et Imperator Justinianus, ad Religionem convolare, summis pro Convolare ad Juramentum s. Sacramentum, l. 14. C. de reb. Cred. & Jurejur. Interdum etiam Jusjurandum & Religio conjunguntur ; Sic Imperator Justinianus conspirationem Jurisjurandi Religione compositam prohibet in L. ult. C. de Jurejur. propter column. dando. Et filius matrem, tanquam heredem, fideicomissa cum Jurisjurandi Religione praefari rogavit l. 77. ff. de Legat. & Fideic. Parri ratione Sacramentum & Religio huc passim conjunguntur, ut in L. 3. C. si minor se majorem dix. ubi dicitur ; si minor per Sacramenti Religionem se majorem afferavit.

## §. V.

Juramentum itaque generaliter describi potest, quod sit certa Litis definitio; qua sit cum obtestatione Divinâ; Ita Clemens Alexandrinus Juramentum definit in 7. stro- mat. Et verba : obtestatio Divina, nihil aliud involvunt, quam Invocationem nominis Divini, ut Deus sit testis asserti nostri, & perfidiae vindex. Dicat autem quis, Sacra Scriptura Matth. 5. præcipit, ne juremus neque per cœlum, neque per terram, neque per Hierosolymam, neque per Caput, neque per aliud quid, Ergo multo mihius per summum Numen jurare, licitum esse videretur. Sed sciendum est, loco illo non juramenta tolli, sed levitatem tantum, quâ sapientes jurantes utuntur, taxari, Id quod textus clari testantur Deuteronomii 6. Per nomen Dei tui jurabis. Et secundum D. Paulum ad Hebreos Cap. 6. Finis omnis Litis debet esse Juramentum, sicuti etiam ipse Paulus ad Romanos Cap. 1. jurat per Deum his verbis : Testis est mihi Deus.

A 3

§. VI.

1148.

## §. VI.

Ut vero proprius scopum nostrum ascendamus, nunc pluribus aliis ejusmodi depositis, paucis videbimus, quid proprie sit Juramentum in Litem? Et nihil aliud est, quam Æstimatione rei in Judicium deductæ, qua ab actore fit cum obtestatione Divina. Sic Ulpianus in l. i. f. b. t. inquit: Per Jusjurandum in Litem Res æstimatur, & Sabinus JCTus ait: Si inulier res, quas amoverit, non reddit, æstimari debere, quanti in Litem vir jurasset, l. 8. ff. de act. rer. anot. Per quod clare docet, Juramentum in Litem esse æstimationem Rei in Judicium deductæ. Res autem in Judicium deductæ cum voce Litis in hac materia unam cædemque habet significationem. l. alleg. l. f. de Jurejur. in Lit. Nam hic Ulpianus id, quod Litem dicimus, appellat Rem in Judicio deductam. Per dictiōnēm Rei vero tam Corporalem quam Incorporalem rem intelligimus, l. c. in. l. 23. & 222. de Verb. signif. Hinc etiam id, quod interest, Rei appellatione continetur, l. 2. ff. de Ju-  
rei. in Lit.

## §. VII.

Evidem huic definitioni nostra Juramenti in Litem obstat videtur l. 4. ff. 3. fin. d. b. t. ubi Ulpianus inquit, æstimationem à Judice esse faciendam, item l. s. d. l. ubi dicitur: Culpam Judex æstimat. Sed respondendum est, Judicem interdum certam quantitatē tantum præscribere, quam ipse Litem non excedere putat; Quia ergo Judex mihi non semper permittit, ut pro meo arbitrio Litem æstimarem, hinc inde Judex æstimationem fecisse dicitur. Veluti si promissor meus Stichi moram fecerit, & Stichus decesserit, Hoc casu Judex non potest æstimare Stichum, qui non extat, sed desert mihi Juramentum in Litem, ut jurem, me Sticham æstimare verb. grat. 30. aureis, Et, me jurante, Promissorem meum in 30. aureos condemnat l. d. s. ff. b. t. Sic itaque ego meo juramento litem æstimavi, Judicem autem æstimationem fecisse ideo tantum dicitur, quia certam quantitatē, quam ipse Li-  
tem

tem non excedere putabat, mihi præscripsit, ne arreptâ occasione in immensum juretur, l. 4. ff. b. t. siquidem etiam deferre Jusjurandum judicem oportet, & si alius detulerit Jusjurandum, vel, non delato, juratum sit, nulla erit religio, d. l. 4. Interim tamen nihilominus astimatio nem Litis non facit Judex deferens Jusjurandum, sed actor jurans, Nam juramento præstito, demum constat, in quantum reus sit condemnandus.

## §. VIII.

Aliam vero astimationem fieri, cum culpa non-restituentis vel non-exhibentis punitur, & aliam iterum, cum dolus aut contumacia non-restituentis vel non-exhibentis punitur, patet ex Lege 2. ff. b. t. Nam priori casu solum astimatur, quod interfit agentis, posteriori autem astimatur, quanti in Litem juraverit actor. Itaque duplex est Jusjurandum in Litem, Unum, quo culpa, alterum, quo dolus vel contumacia non-restituentis vel non-exhibentis punitur. Illud afficit, quod interest actoris, Hoc, quanti in Litem actor juraverit, quod illud, quod interest, excedit. Exinde Interpretes, docendi gratiâ, Jusjurandum in Litem communiter dividunt in Juramentum Veritatis, & Affectionis. Per Juramentum Veritatis, dicunt, astimatur res, quanti ea fuit, hoc est, vero pretios; Per Juramentum Affectionis vero res astimatur pro Affectione, i. e. pro arbitrio domini sive actoris, & quanti in Liteni juratum fuerit. Quæ divisio, licet non secundum verba & appellationem, tamen secundum sensum, præsertim in Lege 8. ff. b. t. fundata est. Nec obstat, quod in L. 33. ff. ad Leg. Aquil. dicatur, non affectiones astimandas esse, & pretia rerum non ex affectione nec utilitate singulorum, sed communiter fungi, item in L. fin. de oper. servi. voluptatis vel affectionis astimationem non esse, &c. Cum Juramentum affectionis non propter affectionem actoris, sed propter dolum vel contumaciam rei præstatur l. I. 2. 5. & 8. b. t. Hinc, ubi reus dolum vel contuma-

1196.

tumaciam in re non-restituendā vel non exhibendā non  
committit, ibi etiam affectionis ratio minus habetur.

## §. IX.

Juramentum in Litem cui à Judice deferendum sit,  
constat ex *L. 7. ff. b. t.* in quā Ulpianus dicit, alium in Li-  
tem non debere jurare, quam Dominum Litis, & deinde  
ex Papiniano subiicit, alium non posse jurare, quam eum,  
qui Litem suo nomine contestatus est. Inde sequitur,  
Procuratori Jusjurandum in Litem non posse deferri quia  
non suum sed alienum negotium mandato domini admi-  
nistrat *l. 1. ff. de Procur.* idoque Dominus Litis non est.  
Et quamvis post contestata Litem Dominus efficiatur  
*L. 22. § 23. C. de Procur.* Nihilominus tamen uon potest in  
Litem jurare, cum non suo sed alterius nomine Litem  
contestatus est.

## §. X.

Ex superiori adducto porro sequitur, Pupillum in Li-  
tem jurare non posse, *L. 4. ff. b. t.* Licet enim Deminus sit  
Litis, tamen in Judicio absque Tutorē Personā stāndi  
non habet, *l. 1. C. qui legit. pers. standi in Judic. b. b. l. non.* sic-  
que non tam ipse Litem contestari in hāc parte videtur,  
quam tutor. Ubi probe notandum venit, hic solum de  
eo pupillo agi, enjus Paren̄s mortuus fuit, nam *JCTus in*  
*d. l. 4. agit de pupillo*, qui Tutorē habet, qui autem  
Tutorē habet, Patrem non habet. Evidēt *Lex 2b. ff.*  
*de Jurejur.* non ignota est, secundum quam nihil reserū,  
cujus sextus atatisve is, qui jurasse dicitur, sit; Verum  
enim vero nos scire oportet, in allegatā Lege tantum de  
tali Juramento, quod adversarius pupillo desert, agi, Id  
quod mera Transactio est, Juramentum in Litem autem  
desert Judge etiam invito & nolente adversario.

## §. XI.

Etsi quidem non pupillo, sed ejus Tutori Juramen-  
tum in Litem deferri possit, *L. sfp. alleg. 4 ff. b. t.* Interim  
tamen etiam tutor cogendus non est, in Litem jurare.  
Grave enim videtur, & ignorantes & invitatos tutorcs sub  
alieni

alieni compendii emolumento etiam perjurium anceps subire, d. l. Quæ ratio non solum speciale hoc Juramentum in Litem, sed in genere omne Juramentum, sive Decisionem, sive Assumptionem Litis contineat, tangit & Jure Naturali quam maxime nititur; Nam Tutores nomine pupillorum agentes facile ignorantiam habere possunt ejus rei, de quâ agitur; si ergo cogerentur, Juramentum vel ab adversario vel à Judice delatum suscipere & jurare, anceps s. dubium perjurium subirent; Id quod grave aliquid omnino foret, maximè cum ex Juramento in tutorem ipsum commodum & emolumentum nullum, sed omne in pupillum unice retundet. Et hæc omnia, quæ de Tutorate pupilli dicta fuerunt, locum quoque habent in Curatore adolescentis, non minus enim talis Curator volens pro adolescente valide in Litem jurat, d. l. 4. Attamen etiam adolescens ipse, si velit, jurare potest. d. l. 5.

## §. XII.

Contra in foro Saxonico hodie nullum Juramentum, sive sit Decisivum, sive assimativum, sive credulitatis, si vel aliud quid, Tutores pupillorum nomine præstare voluntes admittuntur. Ex hac ratione, quia Jusjurandum sit quid personalissimum, Cap. Veritatis ubi Hoff. & Dd. extr. de jurejur. Cujusmodi quæ sunt, per intermedium personam præstari nequeant. I. generaliter 12. §. bis de present. C. de reb. Cred. Quare pupilli & adolescentes in propria persona jurare tenentur, ita tamen, ut actus jurandi suspendatur, donec ad pubertatem pervenerint. vid. Carpz. Defin. ad Conf. P. 1. C. 24. def. II. Ne tamen Lites quasi in infinitum protrahantur, eatenus ab hac observantia recesserunt, ut tutores pupillorum nomine Juramentum Credulitatis præstare admittant, si nimirum alii coheredes puberes & majorennes concurrunt, quippe qui defectum reliquorum supplere & credulitatem tutorum suo quoque Juramento confirmare censemur. Quin & si in tute ignorancia rerum à defuncto gestarum præsumatur,

B

pla-

-9303

1146.

placuit tamen in favorem pupillorum à regulis Juris recedi juxta Carpt. aleg. loco def. 12.

Videamus nunc pro speciali ratione nostri Thematit, utrum etiam pro pupillo Mater ejus de Jure Civili ad Jurandum in Litem admittatur, nec ne? Et Ulpianus in *Sop. alleg. L. 4. ff. de in Lit. jur.* inquit, matrem pupilli ad Jurandum in Litem admittendam non esse, & si parata es-  
set jurare. Quibus ex verbis sole clarius elucefecit, etiam matrem volens pro pupillo in Litem jurare non posse, sicuti tamen à parte Tutoris vel Curatoris omnino procedit. Rationem huiusmodi Dispositionis Legalis non nulli querunt in Affectu materno, putantes, quod mater, quia plerumque ardentissimo amore liberos & pupilles suos diligenter, semper quoque magis tali affectui satisfacere, quam, quid proprie Juramento suo firmet, alia mente reponere, praesumatur, uti *Accurso visam* fuit. Atra-  
tio illa supra tradita generalis, quod solus Dominus Litis in Litem joret, & qui Litem suo nomine contestatus est, per *L. alleg. 7. ff. de in Lit. jur.* huc melius quadrare videtur. Mater enim secundum hanc Legem Domina Litis non est, nec pro Dominâ habetur. Ergo etiam ad Jurandum in Litem non admittitur. Sed, his non obstantibus, ob-  
jicere quis posset, afferens: Cum vero autoritas Juris non refragatur, quin Tutores & Curatores, si tantam affectio nem pupillis suis vel adolescentibus præstare velint, ad Jurandum in Litem pro iis admittantur, Cur non etiam mater pupilli, cui hodie, uti fatis notum est, præ omnibus aliis tutela pupillorum suorum conseriri debeat? Et Objectioni huic prorsus assentiendum, ac matre volen-  
ti Præstacionem Juramenti in Litem pro Pupillo minime denegandam esse, puto. Etenim temporibus Ulpiani, tanquam Legis 4. alleg. autoris, mater quidem tutelæ officio fungi non poterat, quia Tutela virile officium fue-  
rat, *l. ib. ff. de tutel.* & virile munus sive masculorum mu-  
nus, *l. fin. ff. de tutel.* Ino olim ipsa mulieres in perpetua  
tute-

tutela erant, propter sexus infirmitatem, & animi levitatem; Verum postea Valentinianus Theodosius & Imperator Justinianus plene concederunt matri Tutelam liberorum, modo secundis Nuptiis & SCto Vellejano renunciet, Novella 94. § 118. c. 5. ita ut hodie mater liberorum suorum Tatrix omni modo esse possit, Ideoque etiam mater hodie pro pupillo, cuius tutelam gerit, non minus, quam aliis Tutor vel Curator, ad Jurandum in Litem erit admittenda. Et quæ supra de Tutoribus vel Curatoribus, ratione liberæ Voluntatis aliasque, dicta sunt, ea omnia singulaque etiam de matre hodie, si tutelam liberorum administrat, plene intelliguntur. Cum enim tutelam gerit, omnibus aliis Tutoribus similis redditur, & per Consequens pari ratione loco Domini, maxime quoad hoc Juramentum in Litem habetur. Id quod etiam in avia *juxta alleg. Novell. 118. c. 5.* cum matre pupillorum hac in parte pari Jure gaudente plenissimum locum habet, & illa quoque potest tutelarem administrationem nepotum suorum gerere, consequenter pro iis simul in Litem jurare.

## §. XIV.

Ita quidem res fœse habet de Jure Civili; Sed quid dicimus de Jure Saxonico? Licet enim *allegara Novella 94. § 118. c. 5.* in Saxoniam plane recepta fuit, cum quotidiana experientia illud docet, & ubi vis locorum matres, tanquam tutrices liberorum suorum videntur; Quia tamen, ut *precedenti §. 12.* pluribus demonstratum est, ex observantia fori Saxonici Jusjurandum per intermedium personam præstari nequit, sed pro personalissimo quo habetur, ideoque tutorem nomine pupilli jurare, nunquam licet, adeò, ut actus jurandi semper suspendendi sint, donec pupillus ad pubertatem pervenerit; Exinde necessario sequitur, in Saxonia nec matrem hac in parte sibi plus Juris, quam aliis tutor pro pupillo in Litem jurare non soleas habet, posse arrogare.

B 2

§. XV.

1196.

§ XV.

Quod Juramentum in Litem locum habeat tam in actionibus realibus, quam personalibus, videtur ex *Leg. ff. de in Litem Jur.* Nam Marcianus inquit: In actionibus in rem, & in ad exhibendum, & in bona fidei Judiciis in Litem juratur. *& in fine:* Plane interdum, & in actione stricti Judicij in Litem jurandum est. Actions in rem etiam Vindicationes appellantur in *s. i. Just. de action.* Id quod generale nomen est, sub quibus plures species comprehenduntur, etiam hereditatis petitio, servitus, &c. Si enim res singulae petuntur, dicitur specialis Vindicatio, in qua in Litem juratur. *L. 68. ff. de Rei Vindic.* modo pro Affectione, modo pro Veritate. Nam si restituere ius latus dolo fecit, quo minus possit restituere, is, quantum adversarius in Litem sine ulla taxatione in infinitum jura verit, damnandus est, si vero nec potest restituere, nec dolo fecit, quo minus possit, non pluris, quam quanti res est, id est, quanti adversarii interfuit, condemnandus est. *L. alleg. 68. ubi in fine adhuc ponitur, quod haec sententia generalis sit, & ad omnia sive interdicta, sive actiones in rem, sive in personam sint, locum habeat.* Haec de Petitione s. Vindicatione rerum singularium: Quodsi vero ex jure Universalis Hereditatem seu parrem ejus vindicamus, appellatur Hereditatis Petatio in qua per *L. 25. s. hoc verba &c. ff. de heredit. petit.* in Litem juratur. Sicut etiam Actio in rem s. vindicatio est de servitibus & personalibus, & realibus, aliasque actio confessoria nominatur, in qua Juramentum nostrum in Litem iterum specialiter fundatum est in *L. 7. in fine ff. si servitus vindic.* Quaritur, utrum etiam in Actione Negatoria, Juramentum in Litem locum habeat? Negari illud videtur propterea, quod in actione negotiorum non id agitur, ut res restituatur, vel exhibeat, sed tantum ut servitus adversario negetur: Tamen etiam in actione negotiorum in Litem jurari afferendum est ex *L. d. 7. jam alleg. v. g. si adversarius cayere non vult, quod neque ipse, neque successores*

res ejus me in libertate vel possessione mea amplius turbare velint, tanti iste condemnandus est, quanti in Litem juravero. Porro ad Actiones in rem s. Vindicationes pertinet quoque Actio Hypothecaria, qua hypothecam vel pignus persequimur s. vindicamus. Et quod in hac actione in Litem juretur, expressum facit mentionem *Lex 16. ff. de pignoribus & hypoth.* Pari ratione reliquæ omnes Actiones in rem, ut actio Publiciana, Rescissoria, Pauliana, Juramentum in Litem admittunt, *L. alleg. s. ff. b. t. l. 7. §. in Publiciana. de Publ. in rem act. l. 16. ff. de Pugn.*

## §. XVI.

Sed quid dicendum erit de Actionibus in Rem scriptis? Hæ dicuntur, quod sint neque in personam, neque in rem, *l. 9. ff. quod metus causa. §. fin.* In personam non sint, quia neque ex contractu, neque ex quasi-Contractu, neque ex delicto, neque ex Quasi-Delicto descendant; Non ex Contractu, quia verbi gratia metum inferens non contrahit cum eo, cui infert metum; Non ex quasi Contractu, quia nec quasi contrahit metum inferens, neque negotium ejus, cui infert metum, gerit; Non ex delicto, vel quasi, quia actio hæc in rem scripta quod metus causa datur etiam in eum, qui metum non intulit, aut reus fuerit facinoris *L. 14. ff. quod met. caus.* Quomodo etiam comparatum est cum Actione ad Exhibendum. Sed exinde æque notandum venit, non sequi, quod omnis actio in personam sit ex Contractu & Delicto vel quasi. Et omnimode in hujusmodi Actionibus in rem scriptis in Litem jurari pleno ore assentendum est, *L. 18. ff. de Dato mal. §. 1. L. 5. ff. de in Lit. jar.*

## §. XVII.

Supra diximus, quod etiam in Actionibus Personalibus Juramentum in Litem locum babeat. Nunc autem verb. grat. in Actione empti venditi non agitur de re restituenda, sed de re vendita tradenda. Videtur ergo in actione empti venditi & aliis ejusmodi actionibus, in quibus de re restituenda non agitur, cessare jusjurandum in

Litem. Et ita *Alberto de Rosare, Johanni Corrasio, aliisque multis Dd.* visum fuit, non solum ob rationem jam prolatam, sed etiam, quod nusquam præterea de Delatione Juramenti in Litem in actione empti scriptum sit, cum tamen de Emptrione & Venditione alias plura, quam de ullo alio Contractu scripta fuerint. Accedit ad hoc, quod actor in Litem jurans rem suam ei, contra quem jurat, vendere dicatur in l. 10. ff. de Jure dñi l. 7. §. 1 ff. de Pabl. in rem ait. Actor autem de re tradendâ agens non potest rem sibi tradendam reo vendere, quia reus rem suam emeret, quod foret contra L. 16. 34. ff. de contrab. empt.

## §. XVIII.

Quaritur porto, utrum tam in directis quam contrariis actionibus in Litem jurari possit? Ulpianus in L. 15. ff. Depof. inquit: *Ei, apud quem depositum esse dicetur, contrarium judicium depositi datuſ, in quo Judicio merito in Litem non juratur, non enim de fide rupta agitur, sed de indemnitate ejus, qui depositum suscepit &c.* Ex quo igitur distinguendum esse videtur: Aut agitur in contraria actione de fide ruptâ, id est, quando actor de fide sibi non servata contra réum agit, & hoc casu etiam in contraria actione aquâ ac in directâ Jusjurandum in Litem admittitur; Aut tantum agitur in contraria Actione de indemnitate & tum Jusjurandum in Litem locum non habet. De fide autem ruptâ tam in actionibus directis quam contrariis potestagi, l. 6. §. Mandatiff. de his qui not. insam. Ut si mandatarius pro mandante fidejussit & solvit, mandans vero negat, se mandasse, ut mandatarius fidejuberet, & ita fidem non servat, mandatarius contrariam actionem mandati instituendam habet, ita ecce de fide ruptâ agitur.

## §. XIX.

Posthac ob culpam non in Litem jurari, sed ob dolum solum, traditum est in L. 5. ff. de in Lit. jur. Seatiendum ergo

( 15 )

ergo videretur, ob culpam latam rei rem non - restituenter  
vel non-exhibentis in Litem non posse jurari, & testatur  
Alexander in d. l. s. num. 8. hanc sententiam plerumque à  
Dd. approbari; Cum vero Dolus & lata culpa in Causis  
Civilibus aquiparantur, ita, ut etiam in L. 32. ff. *Depositii* ex-  
pressè dicatur, quod latior s. lata culpa dolus sit, item *Le-  
ge* 2. *C. de in Lit. Jur.* Imperator Antonius rescriperit: Sin  
vero neque dolus, neque lata culpa, neque fraus heredis  
convincitur, omissa Jurisjurandi facultate Judex de veri-  
tate cognoscet &c. Quibus ex verbis: neque dolus ne-  
que lata culpa, satis intelligi potest, quod, sicuti ex dolo,  
ita etiam ex lata culpa Juramentum in Litem deferri pos-  
sit; Ita etiam sententia in contrarium, quod nimirum ob-  
latam culpam æque ac ob dolum in item jurari possit, mi-  
hi magis placet, præfertim, cum omnia illa loca, quæ vo-  
lunt, ob culpam in item non jurari, de levi tantum culpâ  
sint intelligenda.

### §. XX.

Et quamvis denique actorem, cui Jusjurandum in  
Litem defertur, in infinitum jurare licet, per L. 4. §. *jurare*  
*autem, ff. de in Lit. jur.* Hoc tamen ita temperandum ve-  
nit, nisi Judex Juramento in Litem moderationem &  
taxacionem adjunxerit, ad quam usque actor jurare debeat.  
Porcius enim Judex modum Jurijurando statuere, ut intra  
certam quantitatem juretur, ne arreptâ occasione in im-  
mensum juretur, d. l. 4. §. *sed an Judex.* Quodsi vero Ju-  
dex etiam ante præstationem Juramenti quantitatem non  
taxaverit, nihilominus potest minoris condemnare, quam  
juratum est, si nimirum magna causa & postea repertæ  
probationes adfuerint. d. l. Quæ de Juramento in Litem  
Affectionis sunt alleganda.

### §. XXI.

In præcedentibus jam sèpius allatum fuit, Jusjuran-  
dum in Litem esse estimationem, *Aëstimatione* autem dici-  
tur

1148.

tur esse venditio, sequitur ergo, actorem per Jusjurandum in Eitem reo rem suam vendere, l. 46. ff. de Rei Vind. Actor tamen non tenetur reo cavere de re aſtimata, ſicque per talenū aſtimationem venditā, id quod fit in odium rei, & quo dolus ejus hāc ratione eo magis puniatur.

## §. XXII.

Possem quidem multa adhuc circa Materiam hanc proferre, ſed partim instituti mei ratio, partim anguſtia temporis illud prohibet. Itaque Colophonem impono huic Dissertationi, & denique Lectorem bene rogatum volo, ut aq[ui] bonique ea conſulat. Interim DEO Ter optimo Terque maximo fit Laus, honor atque gloria.

F I N I S.



Erfurt, Diss., 1724


X 2386 980



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-185903-p0030-4

DFG



Pr. B. 34. M. 32.

6. 1724/14 15

DISSERTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA,  
DE JVRAMENTO IN LITEM,  
ET INPRIMIS  
QVOD PRO PVPILLO MATER  
EJVS AD JVRANDVM IN LITEM  
ETIAM ADMITTENDA SIT,  
*contra Leg. 4. ff. de in Litem jurand.*

P. 250. QVAM,  
IN ALMA ET PERANTIQVA HIERANA  
RECTORE UNIVRSITATIS AC PRO-CANCELLARIO,  
VIRO MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO, PRÆNOBILI, AMPLIS-  
SIMO ATQVE CONSULTISSIMO,  
DOMINO

CHRISTOPHORO IGNATIO  
DE GVDENVS, J. V. D.

IN SIGNIS ECCLES. COLLEG. S. SEV. CAN. CAP. ET SCHOLAST. EMINENT. AC  
CELSISS. PRINC. ELECTORIS MOGVNT. CONSIL. ECCLESIAST. EJVSDEM-  
QUE PER THVRING. IN SPIRIT. SIGILLIFERO,  
*EX CONSENSV ILLVSTRIS JC YORVM ORDINIS*  
SVB PRÆSIDIO

DN. CONR. WILH. *Streders* / J. V. D.

JVDICII ELECTORIS PROVINCIALIS ASSESSORIS, PROFESSORIS PVBLICI,  
ET SENATORIS ERFURTENSIS,

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES AC PRIVILEGIA  
DOCTORALIA RITE CAPESSENDI,  
DIE XIII. NOVEMBRIS, A. M DCC XXIV.  
PVBLICÆ ERFDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT ET DEFENDIT  
CHRISTIAN. FRIEDERICVS NEBERSHAVSEN,  
*Plavie-Varifcus,*  
IN AVDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS. HOR. CONSVENT.  
ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.

13

